



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Marcella Vid. 31. Ianuar.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

S. MARCELLA VID. 31. Ianuar.

Chorum in Ianuario claudat mulier,
 sed quæ virtute vitæque constantiâ
 certare & invidiam facere viris possit,
 quamque sanctior Roma profanæ illi
 unicam contra omnes Heroides possit
 opponere. MARCELLA est Romani
 sanguinis, & patricii matrona, eodem
 anno, quo nupta, etiâ vidua, exhorruit
 deinceps tam mortalibus nubere. Nec
 tamē mater nō fuit. Certē filios multos
 numeravit, quamvis pauperes. In hos
 prodiga ex auro, & fortunis omnibus
 unum sibi reliquū annulū fecit. Domo
 pedē aut nunquā, aut in templū extulit.
 Religiosæ vitæ viâ suo in sexu princeps
 præiit Romanis; tam illustre exemplū
 innumerā exinde multitudine sequēte.
 Porro precibus assiduē vacabat; vestitu
 utebatur modesto admodū, corpus per-
 quā duriter habebat, tota in divinis
 commentandis. Irrumpentem, qui Ro-
 mam obsederat, hostem, imperterrita
 domo suâ accepit, verberaque ac flagra
 Spartanâ tulit nobilitate, id unum sol-
 licita, quæ virginis Principiæ, quam se-
 cum habebat, pudori confunderet. Is ubi
 extra periculum jam stetit, lubens ac
 volens imò lata à militibus ad D. Pauli
 abduci se passâ est. Ibi paucos post dies
 mortem, quam cæteroquin viri etiam
 horrent, foemina risu excepit. *Ex S. Hier.*

FE